

cuius munitionis fortasse pars fuit murus, cuius hic titulus meminit. Eum esse aetatis liberae reipublicae etiam forma litterarum arguit. — 7) Longum.

5323 M. Nelliū M. f., | A. Octavius C. f., | L. Ursius A. f., | aid.¹ | murum portam turris | faciunda ex s. s.² coe[r.] | eid. que. probav.

5324 L. Numistrōnius L. f. Decian., | C. Lucius M. f., M. Runtius L. f. Mess. | aed., portas turreis murum | ex s. c. faciund. coerarunt | eisdemque probarunt.

5325 C. Valerius C. f. Triarius³, | M. Runtius L. f. Messia. iter, | C. Afiedius C. f. Sexti. aed., | ex s. c. f. locaverunt; | M. Runtius L. f. Messianus, | C. Afiedius C. f. Sextianus | probaverunt.

Fundis (I 1191. 1187. 1188 = X 6258. 6259. 6242 vidit Mommsen). N. 5324 extat adhuc supra portam civitatis, N. 5325 in turri quadam, sed nescio num antiquo loco. — 1) De tribus aedilibus Fundorum cf. ad N. 5529. — 2) Ex senatus sententia. — 3) Vix hic C. Valerius Triarius, legatus Luculli bello Mithridatico (Livius epit. 98, cet.; t. Delius bull. de corr. hellénique 11, 1887 p. 265), potius C. Triarius Ciceronis amicus, qui periiit bello civili (Cic. de fin. 1, 5, 15. Brut. 76, 265, ad Att. 12, 28, 3) vel unus ex filiis eius (ad Att. l. c.).

5326 L. Scribonius L. f. Lib.¹ pater, | L. Scribonius L. f. Libo f.², | patronei, turreis ex d. d. | f. c.

Montesarchii, ibi ubi fuit Caudium, litteris pulchris et antiquis (I 1224. IX 2174 Ritschl tab. LXII f; aliud exemplum eiusdem inscriptionis paulo mutilem extat eodem loco I 1225. IX 2172. Ritschl tab. LXII g, fragmentum tertii in vicinia vidit Dressel IX 2173). — 1) Libo, 2) fil. exemplum alterum (IX 2172). Alter ex his Scriboniis Libonibus, aut pater aut filius, videtur esse familiaris et consocer Cn. Pompeii, consul ord. a. u. c. 720 cum M. Antonio. Alter Caudinis etiam basilicam aedificavit (infra N. 5529 = IX 2174).

5327 Q. Pulfennius Q. f. Mevi[anus], | C. Curius Q. f. Brocch[us], | IIIvir., | turrim ex s. c. refici[und.] | curarunt, probaru[nt]. | Constat populo [HS] | ~~~~DCCCCXXXVI ..

Pinnae in Vestinis (IX 5354 vidit Dressel).

5328 L. Mummius L. f., C. Manlius C. f. | pr. duovir., pro ludeis turreis¹ duas | d. d. s.² faciundas coerarunt.

Telesiae in Samnio rep. prope turrim quandam (I 1218. IX 2235 bis ut videtur descripta saec. XVIII). Ex simili titulo eiusdem loci superst. IX 2230 cf. p. 674. — 1) turris alterum apographum (turreis IX 2230). — 2) De decurionum sententia.

5329 L. Cemoleius L. f., L. Statius L. f., | Q. Paccius M. f. aid.¹, d. s. s.² | portas faciundas dederunt | eisdemque (sic) probaverunt.

Formiis, litteris vetustis (X 6105 vidit Mommsen). — 1) A tribus aedilibus Formiae regebantur (cf. N. 5547), ut etiam Arpinum (cf. infra N. 5595) et Fundi cf. Mommsen CIL. X p. 556. 602. 617.

5330 C. Bruttius C. f. | Ser.¹ aed. pro q.², | mur. p. CC de sua | peq. faciundum | coer., P. Cornel. | Q. Caecil. cos.³